

106. Dionysius

Inter omnes Siculorum reges unus ceteros rebus gestis¹ antecessit: Dionysius. Nam fuit vir fortis et belli peritus² et minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei cupidus nisi singularis perpetuique imperii, quamobrem³ crudelis; nam dum studuit munire imperium, pepercit⁴ vitae nullius insidiatoris imperii sui. Dionysius tyrannidem virtute paravit, maxima felicitate⁵ retinuit: vixit sexaginta annos et regnum maxime floruit; in tam multis annis enim funus vidit nullius⁶ ex sua stirpe, neque uxorum, neque liberorum, neque multorum nepotum.

¹ rebus gestis: «nelle imprese», complemento di limitazione. ² belli peritus: «esperto di arte militare». ³ quamobrem: «per la qual cosa»; si può trovare anche nella forma *quam ob rem*.

⁴ pepercit: «(non) risparmiò»; osserva che il verbo *parco* regge il dativo (*vitae*); ricorda pure che per il supino di questo verbo si usa *temperatum* (forme composte del passivo con valore impersonale). ⁵ felicitate: «fortuna». ⁶ nullius: «di nessuno», genitivo del pronome indefinito *nemo*; la forma uguale trovata sopra (*nullius rei*, *nullius insidiatoris*) derivava, invece, dall'aggettivo pronominale *nullus*, -a, -um.

107. Post pugnam apud Cannas

Hannibal contra Romanos in planitie apud Cannas aciem instruxit. Romani strenue pugnaverunt, sed magnam cladem acceperunt. Inter primas acies¹ cecidit in pugna etiam consul Aemilius Paulus. Fuerunt dies tristes Romanis,² sed mox res mutaverunt et post dies funestos cladis et luctus pervenerunt dies laeti victoriae, et res secundae adversas³ amoverunt. Nam, dum Hannibalis exercitus elatus fortuna languescit mollietate et otio Capuae, Romae⁴ novae acies iuvenum, cupientium victoriam, asperitatem militiae tolerare discebant. Ita mollietates et luxuria Hannibalis copias fregerunt; contra⁵ Romana iuventus severa disciplina novas vires paravit atque haud multos post annos in pugna apud Zamam Hannibalis copias prorsus devicit.

¹ acies: «file». ² Romanis: «per i Romani», complemento di svantaggio. ³ adversas: sottint. res. ⁴ Capuae, Romae: stato in luogo (sai dire in che caso è espresso e perché?). ⁵ contra: avverbio.

108. Cervus ad fontem

Olim cervus, propter nimium meridiei aestum, siti vehementer laborabat.¹ Tum gressus ad vastam planitiem direxit, ubi fontem copiosum ac frigidum sub umbrosis quercubus invenit. Ibi, postquam sitim multā aquā placavit, conspexit in lacus speculo effigiem suam. Fera exultabat magnifica specie² aliorum cornuum, sed crurum tenuitatem vituperabat. Repente autem loca resonuerunt venatorum strepitu et canum latratibus. Cervus statim fugit per planitiem et celeri cursu canum impetum facile vitavit; sed postquam intravit in silvam, arborum rami cornua impediverunt ac retinuerunt. Mox canes cervum saevis morsibus lacerare inceperunt. Tunc miser exclamavit: «Quanta

Gradi degli aggettivi e degli avverbi

Comparativo degli aggettivi

A) Esercizio di traduzione dal latino

- [1] Cervus tam velox est quam equus. [2] Cervus velocior est quam canis.
 [3] Canis minus velox est quam cervus. [4] Antonius tam prudens quam Marcus fuit. [5] Antonius prudentior Fabio erat. [6] Marco minus prudens Antonius erit. [7] Tiberius imprudentior fuerat. [8] Claudius magis audax quam prudens fuit. [9] Iudicis sententia clementior quam iustior fuerat. [10] Saepe clementia non minus victori quam victor utilis fuit.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

- [1] Achille era tanto forte quanto audace. [2] Achille era più forte di Ulisse.
 [3] Ulisse era meno forte di Achille. [4] Ulisse era più astuto di Achille.
 [5] Achille era meno astuto di Ulisse. [6] Achille era più forte che astuto.
 [7] La battaglia fu più aspra che lunga. [8] Il discorso dell'oratore fu alquanto gradito al popolo. [9] Molti sono più amanti della ricchezza che della virtù. [10] Le notti sono più lunghe d'inverno che d'estate.

Superlativo degli aggettivi

A) Esercizio di traduzione dal latino

- [1] Philippus clarissimus Macedonum rex fuit. [2] Clarissimus ex Macedonum regibus Alexander fuit. [3] Alexander aemulorum seditioes crudelissima firmitate repressit. [4] Alexandri milites ingentissimas Persarum copias profligaverunt. [5] Sub Troiae moenibus clarissimi Graeciae duces pugnabant. [6] Graecorum sapientissimus senex Nestor erat. [7] Achilles Graecorum omnium fortissimus erat, sed ob triste fatum infelicissimus vivebat. [8] Achilles pulcherrimam ancillam diligebat, Briseidem nomine. [9] Agamemnon Briseidem gravissima iniuria Achilli eripuit. [10] Achilles ob acerbissimum dolorem pugna abstinuit.